



De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus

Lessius, Leonardus

Antverpiæ, 1632

Dvb. 1. Vtrüm is, qui bona fide rem consumpsit, vel alienauit, teneatur
postea ad restitutionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

num penitentis. & quamvis ex praesenti munere teneatur penitentem monere & instruere; non tamen ad hoc teneatur ex obligatione erga tertium, (sicut Superior teneatur) sed ex obligatione erga penitentem, qua teneat eius salutem spiritalē procurare, vnde si omittat, peccat contra debitum iustitiae, quo obstrictus est penitenti, non quo tertio.

His addo, idem probabiliter dici posse de Episcopis & Parochiis: quia eorum obligatio, quia lege iustitiae obstricti sunt populo, solum videtur esse in ordine ad spiritualia, ut supra cap. 9. dubitatione 13. dictum est.

DUBITATIO XI.

*Vtrum bi teneantur in solidum,
& quo ordine.*

79 **R**espondeo & Dico Primo, Qui fuit causa damni, non impediendo, aliquo horum trium modorum, cum ex officio teneretur, obligatur in defectum aliorum ad restitutionem in solidum. Est communis DD. Ratio est; quia fuit causa sine qua non, totius damni; quod sufficit in causa permisiva, tunc enim causa permisiva dicitur verè causa, quando sine eius permisiva damnum non fuisse illatum, & ipsa, lege iustitiae tenebatur impedire: de quo plura 1.2.q.6.ar.3.

80 Vtrum autem inter has causas sit aliquis ordo,

non ita constat. Petrus Nauarra num. 147. putat, Quo ordinem. Primo loco teneri Superiorum, qui non impedit dama, vt Principes, Magistratus, Prelatos; sicut enim in illis est primaria potestas impediendi; ita negligientia illorum censetur primaria causa danni. Secundo loco, custodem rei. Tertio, testem, qui rogatus, non aperit veritatem; & eum, qui tenetur ex officio dare consilium, rectaque monita, & negligit. Quae sententia videtur vera, si sint causa danni aquæ propinquæ. Alioquin custos rei particularis videtur prius teneri quam Magistratus, qui solum est custos uniuersalis; quia sic adhibetur, ut illius defectum suppleat, cuiusque negligientia, est causa propinquior damni, quam negligientia Magistratus.

Dico Secundo, Haec causa non impediens, tenetur post omnes causas positivas, & in defunctum earum succedit. Ratio est; quia sicut causa positiva est potior, magisque influit quam permissionis; ita etiam priorum locum habet in restituitione. Confirmatur, quia causa positiva animat aliquo modo malefactorem, ac proinde positivam mouet & inclinat ad damnum inferendum; causa autem permissionis nullo modo inclinat, sed solum non impedit. Quod si contingere malefactorem, considerata Superiorum vel custodom præterita negligientia, animari, alia esset ratio; tunc enim causa permissionis esset instar cause positiva, ac proinde teneret simili conferre in restitutionem cum positivis, non post illas.

Causa pri-
uativa re-
nuntur post
positivas.

81

82.
Nisi forte
animetur
inde male-
factor.

CAPUT DECIMVM QVARTVM.

De restitutione ratione rei acceptæ, & cui facienda restitutio.

Habet Dubitationes 9.

EXPLICIVMVS duobus capitibus, quisnam teneatur restituere ratione iniusta acceptionis, eam immediatè exequendo, vel immediate cooperando. Nunc breuiter dicendum de iis, qui tenentur ratione rei acceptæ, quales sunt, qui bona fide rem alienam apud se habent.

DUBITATIO I.

*Vtrum is, qui bona fide rem consumpsit,
vel alienavit, teneatur postea ad res-
titutionem.*

1 **R**espondeo & Dico Primo, Quicumque habet rem alienam, quamvis optimæ fide illam hactenus tenuerit, purans esse suam, simulatque tamen cognoverit esse alienam, tenetur ad eius restitutionem prima opportunitate, idque tantummodo ratione rei acceptæ. Ratio est; quia non potest retinere rem alienam iniusto domino. Hinc lex ciuilis concedit domino evictionem & vindicationem rei sua, vbiunque ea fuerit. Neque premium, quod pro ea dediti, exigere à domino potes (L. Mater tua. 3. L. Si mancipium, 23. C. de rei vind.) quia par non est, vt ipse rem suam emat (L. Suæ. 16. π. de contrah. empt.) sed illud tibi a

venditore repetendum. L. 1. π. de euict. Quod si eam, postquam sciueris esse alienam, ulterius detinas, habita restituendi opportunitate: incipis esse possessor male fidei, & obligari non solum ratione rei acceptæ, sed etiam ratione iniquæ detractionis, quæ aequivaler iniquæ acceptioni, vnde si interim pereat, quamvis casu, teneris ad restituionem; quia censeleris esse in mora.

Dico Secundò, Si is, qui rem alienam bona fide possidebat, eam interim consumpsit, vel alienauit, si consumptum solum tenetur restituere id, quo inde factus est propter alicuius locupletior. Est communis DD. vide Caietanum q. 62. a. 6. Medinam q. 1 o. de restitut. & Silu. Restitutio 3. q. 7. Nauarr. c. 17 n. 7. & sequentibus. Ratio est, quia solum tenetur ratione rei acceptæ; quæ cum non amplius apud illum extet, cellar quoque cum ea eius obligatio.

Hinc sequitur Primo, Si eam bona fide emit, & deinde codem pretio vel minoris bona fide vendidit, ad nihil teneri. si bona fide vendidit, ita ut rem familiarem auxerit, tenetur solum restituere illud auctarium.

Secundo, Si eam dono accepit & vendidit, tenetur restituere premium; nisi forte illud insum- si factus pferit in lusum, vel largitiones, ita ut ex eo non locupletior. quod intellige, si alioquin talia impendia facere non constituerat. si enim iam decreuerat, vel si necessarium erat impendere, quamvis illius rei premium non obrigasset; iam

*Non potest
exigere pre-
sum rei;*

iam pepercit rebus suis, quas impehdisset: & sic censetur factus locupletior. Vnde tenetur, quatenus rebus suis, insimendo aliena, pepercit: ut si insumpit decem aureos ex re aliena, solumque pepercit quinque ex suis, eo quod non consumplisset nisi quinque, non tenetur nisi ad quinque; quia his tantummodo videtur locupletior.

6 Tertio, Si cam bona fide donavit, non donatus aliam similem vel dissimilem, si hanc non habuisset, non tenetur ad quidquam; quia non est factus ditor. Secus est, si aliam ex suis erat donatus: quia tunc pepercit rei sua, donando alienam, & ita compendium ex re aliena fecit.

7 Quarto, Si res perii durante bona fide, ad nihil tenetur, sive fortuita, sive culpa partia aut magna perierit: quamvis Naturus c.17. num.7. contrarium infinuit, dum ait: *Si ab sive ipsius culpa periret, cognovit fundum alienum esse, et feri adhuc bonam fidem habere, ut fructus suos efficiat, donec fundus emittit*: ergo etiam si extint, potest retinere.

Resp. Hanc legem non videri a quam seu veritate: certum enim est, simulatque quis nouit remesse alienam, non posse fructus eius suos facere, ut aperte colligitur L. Qui bona fide, 23. & L. Bona fidei, 48. π . de acquirendo rerum dominio; quia fructus cedunt solo, ut supra ostensum est. Neque mirum, interdum in Pandectis huiusmodi antonomias repertiri, quas frustra nituntur Interpretes conciliare: quia hoc Opus collectum est ex plurimorum Iurisconsultorum respondis, qui sepe contraria sentiebant; & Collectores non poterant in tanta voluminum & sententiarium multitudine semper meminisse quid alibi posuerint. vide Couarruam supra num.7.

DUBITATIO II.
Vtrum possessor bona fidei teneatur etiam fructus perceptos restituere.

8 R Espondeo & Dico Primo, Teneretur restituere omnes fructus qui apud illum extant, modo non sint fructus meret industria. Ratio est, quia fructus hoc ipso quo proueniunt ex re tua, cedunt in tuum dominium, ut constat Institut. de rerum diuisione, §. Si Titius, & sequenti. Tales sunt qui sine vlo labore proferuntur, ut foenum, glandes, poma, nubes, &c. & etiam qui interueniente labore, ut leges, vna. In his tamen detrahenda sunt expensae. Fructus autem nudae industrie non sunt restituendi, ne quidem à malæ fidei possessore: ut si quis aliena pecunia negotiatus sit, ut supra dictum est.

9 Si Secundo, Si fructus quidem non extint, tamen illi factus si locupletior, tenetur quatenus locupletior: sive illi fructus fuerint meret naturales, sive mixti; id est, ex re medietate industria, prouenientes. Ita Gabriel d. 13. q. 3. art. 3. dubio 5. Iohannes Medina C. de restit. q. 10. Couarr. lib. 1. variar. cap. 3. num. 6. & alij pastrum. Ratio est; quia fructus debentur domino, detracitis expensis; in locum autem fructuum succedit coram premium, qua parte eo factus est ditor: idque seruandum esse in foro conscientia, docet Silvester v. Fruktus. quæst. 1.

10 Adiuste tamen, in quibusdam tribunalibus, fructus mixtos non extantes (eris inde factus si ditor) iudicari non esse restituendos, ut refert Couarruas lib. 1. variar. cap. 3. num. 6. quæ etiam est multorum Iurisperitorum sententia, ut ibidem docet. Nec videtur omnino improbabilis; nam quædam Iura huic videntur fauere. Institut. de rerum diuisione. §. Si quis à non domino. L. Quæstum, 40. π . de acquirendo rerum dominio.

Contraire tamen, quod diximus, puto verius;

quia est communis sententia, & firmiore nititur ratione, & facit apertus textus L. Si ergo me & Titum, 32. π . Si certum petatur. Ad Iura illa responderi potest, esse intelligenda eo casu, quo non sis factus locupletior.

Dices, L. Qui scit. 23. 9. vlt. 7. de vslris, dicitur, 11
Bona fidei empiorē, qui prius quam fructus perciperet, cognovit fundum alienum esse, et feri adhuc bonam fidem habere, ut fructus suos efficiat, donec fundus emittit: ergo etiam si extint, potest retinere.

Resp. Hanc legem non videri a quam seu veritate: certum enim est, simulatque quis nouit remesse alienam, non posse fructus eius suos facere, ut aperte colligitur L. Qui bona fide, 23. & L. Bona fidei, 48. π . de acquirendo rerum dominio; quia fructus cedunt solo, ut supra ostensum est. Neque mirum, interdum in Pandectis huiusmodi antonomias repertiri, quas frustra nituntur Interpretes conciliare: quia hoc Opus collectum est ex plurimorum Iurisconsultorum respondis, qui sepe contraria sentiebant; & Collectores non poterant in tanta voluminum & sententiarium multitudine semper meminisse quid alibi posuerint. vide Couarruam supra num.7.

Dico Tertio, Possessor bona fide non tenetur ad restitutionem fructuum, quos ratione negligenter sit non percepit, sicut tenetur possessor male fidei. Probatur; quia cum non sit factus ditor, non tenetur ratione rei accepta; & cum non fuerit causa iniusta damni, domino obuenientis, (sicut possessor male fidei, iniusta detentio) non tenetur ratione iniusta acceptio.

DUBITATIO III.

Vtrum si emeris rem furtiuam bona fide, tenearis eam domino reddere; an vero possis disoluere contraetum, recepto pretio.

R Espondeo & Dico Primo, Si gratis cam accepisti, teneris, vbi cognoveris alienam, domino restituere: nec potes reddere furi, nisi moraliiter sis certus, furem restituturum. Ratio est; quia teneris ratione rei accepta, quæ apud te est: non furi, cum non sit eius: ergo vero domino. Nam restitutio, quæ facienda est ratione rei accepta, debet fieri illi cuius res est.

Dico Secundo, Si bona fide eam emisti, vbi intellexeris esse alienam, poteris rescindere contractum, & reddere furi, a quo accepisti, ut premium recuperes: nec teneris tunc domino restituere. Ita docet Natur. c.17. n.9. Silvester v. Restit. 3. q.7. Angelus Restitutio 1. n.1. Gabriel in 4.d. 15. q.3. a.3. dub. 5. vbi citat Hostiensem; Alex. Halensis 4.p.q.86. membro 3. art. 5. Probatur Primo; Quia nullam iniuriam intulisti domino hanc rem emendo & apud te detinendo, cum bona fide egeris: ergo non potest dominus merito agere ferre, tamquam iniuria affectus; si eam, ne premium amittas, in eo fatur, in quo erat anteà constitutas.

Secundo, Quia hic contractus fuit omnino in voluntarius: error enim dedit causam contractum; nam si sciuebas esse alienam, noluisse eam emere: aut certe fuit non voluntarius, ita ut non voluntarie habeas rem alienam: ergo potes contractum rescindere, & rem acceptam restituere, ut premium recuperes. consequentia probatur,

quia